

Vorbemerkung

Der folgende Text ist in angemessenes Deutsch zu übersetzen und durch Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich zu erläutern.

I. Übersetzung

At Romae nondum cognito qui fuisset exitus in Illyrico, et legionum Germanicarum motu audito, trepida civitas incusare Tiberium quod, dum patres et plebem, invalida et inarmis, cunctatione ficta ludificetur, dissideat
 5 interim miles neque duorum adolescentium nondum adulta auctoritate comprimi queat. ire ipsum et opponere maiestatem imperatoriam debuisse cassuris ubi principem longa experientia eundemque severitatis et munificentiae summum vidissent. an Augustum fessa aetate totiens in
 10 Germanias commere potuisse: Tiberium vigentam annis sedere in senatu, verba patrum cavillantem? satis prospectum urbanae servituti: militaribus animis adhibenda fomenta ut ferre pacem velint.
 Immotum adversus eos sermones fixumque Tiberio fuit non
 15 omittere caput rerum neque se remque publicam in casum dare. multa quippe et diversaangebant: validior per Germaniam exercitus, propior apud Pannoniam; ille Galliarum opibus subnixus, hic Italiae imminens: quos igitur anteferret? ac ne postpositi contumelia incenderentur.
 20 at per filios periter adiri maiestate salva, cui maior e longinquo reverentia. simul adolescentibus excusatum quaedam ad patrem reicere, resistentisque Germanico aut Druso posse a se mitigari vel infringi: quod aliud subsidium si imperatorem sprevisent? ceterum ut iam iamque
 25 iturus legit comites, conquisivit impedimenta, adornavit navis: mox hiemem aut negotia varie causatus primo prudentis, dein vulgum, diutissime provincias fefellit.

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Z. 8 severitatis et munificentiae
Welche Funktion ordnen Sie dem vorliegenden Kasus zu?
2. Z. 13 fomenta
Nennen Sie Grundbedeutung und Wortfamilie!
3. Z. 19 ac ne ... incenderentur
Äußern Sie sich zur syntaktischen Einbindung dieses Satzes in den Kontext!
4. Z. 23 infringi
Erklären Sie die lautgesetzlichen Voraussetzungen der Wortbildung!